Si ergo filius uos liberauerit · uere liberi eritis
Scio quia filii abrahe estis· sed queritis me in
terficere· quia sermo meus non capit in uobis·
Ego quod uidi apud patrem loquor · et uos que
uidistis apud patrem uestrum facitis· Responderunt
et dixerunt ei· Pater noster abraham est· Dicit eis ihesus·
Si filii abrahe estis· opera abrahe facite· Nunc
autem queritis me interficere · hominem qui ue
ritatem uobis locutus sum quam audiui a deo· hoc
abraham non fecit· uos facitis opera patris uestri·
Dixerunt ergo ei· Nos ex fornicatione non sumus na
ti· unum patrem habemus deum· Dixit ergo eis
ihesus· Si deus pater uester esset· diligeretis utique me·
Ego enim ex deo processi et ueni· Neque enim a me ip
so ueni· sed ille me misit· Quare loquelam
meam non cognoscitis· Quia non potestis audire
sermonem meum· Vos ex patre diabolo estis· et
desideria patris uestri uultis facere· Ille homi
cida erat ab initio· et in ueritate non stetit· quia
non est ueritas in eo· Cum loquitur mendacium ex p
priis loquitur· quia mendax est et pater eius· Quis
ex uobis arguet me de peccato· Si ueritatem
dico· quare uos non creditis mihi· Ego autem quia
ueritatem dico· non creditis mihi· Qui est ex deo uerba dei audit

Fragm. 43


© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg